blicia. & per conſequens non potuit fieri non interueniente nun
tio, vel epiſtola: quæ requiruntur vbicunque contractus geri-
tur inter abſentes vt dicit gloſſ. ſingularis in l. conſenſu. de a-
ctio. & oblig. alij dicebãt quod valebat, quia præſumebatur prę
ſentia per gloſſ. quæ eſt in l. j. j. de inuti. ſtipu. ſed reſpondebant
quod loquitur quãdo inſtrumẽtum facit mẽtionem de actu qui
nõ poteſt fieri niſi inter præſentes. vt ſi dicat ꝙ Titius fuit ſtipu-
latus, niſi enim dicat quòd fuerint pręſentes: notarius diceret fal
ſum:

FRANCKESCHE STIFTUNGEN

7 ſum.vt l.prima in princip.de verborum obligationib.Sed† dona tio poteſt fieri inter abſentes dummodo interueniat nuntius, vel epiſtola.& poſito quòd non interueniat, licet donatio ſit nulla, notarius tamen non dicit falſum:& pro iſta fuit conſultum. & fa
8 cit in argu.iſta glo.†quòd pax non poſsit fieri inter abſentes, vel abſente nemine recipiente pro ipſo.vide Bal.in l.ij.ante fin.infrà de lib.& eorum lib.& quod not.Bartol.in l. Labeo. ff. de pactis
9 †Quid autem in ceſsione actionum? vide Cal.in l.per diuerſas.j. mandati xiiij.q.Cætera circa iſtam gl.an dicat verũ in caſu in quo loquitur.vide hic per Docto.& tetigi in l.præcedenti.& in iſta l. Gul.de Cu.tractat de materia inſinua.donatiõis.de qua per Bar. in l.Modeſtinus.ff.de dona.& in addi.Spec.de inſtru.edi.§.fi.& dicit hic Bal.quòd quilibet poteſt ſtipulari pauperibus abſentibus,& verbis in eos directis per gl.quæ eſt j.q.vij.c.quoties cordis oculus.& tene menti iſta:quia ſunt multum vtilia.

*2 ☞ Caſus in quo res quæ non eſt in alicuius dominio, ut eſt res ſacra, uendicatur.*
*Omnes actiones quæ dantur in rem, & contra quemlibet poſſeſ. poſſunt dici uendicationes.*
*Ciuitas uendicat ciuem ſuum ratione ſuperioritatis, quam habet in eum.*
*3 Epiſcopus poteſt agere non ſolum pro bonis Epiſcopatus, ſed etiam pro bonis cuiuſlibet eccleſiæ ſibi ſubditæ: licet illæ habeant ſpecialem rectorem: qui tamen præfertur epiſcopo.*
*Sacriſtæ quorum cuſtodiæ ſunt res commiſſæ poſſunt agere pro earum recuperatione, ceſſantibus alijs: implorando officium iudicis idem in alijs: quibus commiſſa ſit cuſtodia rei.*
*4 Actio in factum quando competat? & quòd ſit triplex, una ſpecialis, alia generalis, & alia generaliſsima.*
*5 Animæ hominum ſeu uita hominum debent præferri quibuſcunque rebus.*
*Res ſubiectæ reſti. poſſunt alienari pro ſaluanda uita grauati, uel pro redimendo eum à carceribus, uel tempore famis, ſicut in cauſam dotis, & quid in rebus eccleſiæ?*
*6 Lex noua poteſt extendi ad præterita pendentia, quando hoc in ea expreſſe cauetur, & quid in pertinentibus ad ordinem iudicij?*

## LEX XVII.

1 SAncimus nemini. †Nota.iſtam l.contra illos qui recipiunt pignori calices, vel cruces eccleſiarũ.vt perdant pecuniã & illa reſtituant:quia poſtquam ſemel ſunt dedicata diuino vſui,non debent redire ad humanũ.q intelligit Inno.etiam ex pacto appoſito in contractu.vt ipſe no.in c.verum.de foro cõ
2 peten.†Item no.caſum in quo res quæ non eſt in alicuius dominio,vt eſt res ſacra,vendicatur.nã vendicatio cõpetit nõ ſolum ratione dominij:ſed ratione iuris realis.omnes enim actiones q̃ dantur in rem & contra quemlibet poſſeſ.poſſunt dici vendicationes.vt in l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff.de pig. ſic & ciuitas vendicat ciuem ſuũ ratione ſuperioritatis quã habet in eũ.vt l.j.
3 §.per hanc.cum ibi not.ff.de rei vend. †Item not.tertiò in verſic. [epiſcopos.]cum gloſ.quod Epiſcopus poteſt agere non ſolum pro bonis epiſcopatus, ſed etiam pro bonis cuiuſlibet eccleſiæ ſibi ſubditæ:licet illæ habeant ſpecialem rectorem:ille tamen rector præferetur epiſcopo.vt not.in c.cum deputati.de iudic. per Inno.& adde c.cum dilectus.de ſucceſ.ab inteſt.& de religioſ.do. c.cum venerabilis.& de reſcrip.c.tranſmiſſa.Item no.in ver.[cuſtodes.]bonum text.quod Sacriſtæ quorum cuſtodiæ ſunt res commiſſæ,poſſunt agere pro recuperatione ipſarum alijs ceſſantibus,intellige implorando officium iudicis:non per actionem. vt in l.non tantum.ff.de peti.hære.& idem videtur in quocunq; alio cui ſit commiſſa cuſtodia rei.ar.j.ſi per vim vel alio modo. l. j.& ff.ſi cer.pet.l.cum filius.& de lib.cauſa.l.igitur.§.ſi opera.
4 †Item not. quod ad hoc ſemper allegatur iſta.l.de actio.in factum generali.quæ competit ex varijs figuris cauſarum.nec alibi melius habetur quàm hic.nam datur vbicunq; æquum eſt actionem dari,& non apparet aliquam ſpecialem actionem proditam.vt contingit hic quando vaſa ſunt conflata.quia non datur vendicatio:ſed actio in factum ad æſtimationem quæ cõcurrit cum certi condictione generali:vt hic patet dum dicit[per cõdictionem.]de iſta etiam loquitur.l.fin.j.de peti.hære.& de iure deli.l.ſi.§.licentia.& iſta actio in factum eſt triplex.vna ſpecialis quæ competit vbi ceſſant verba.l.& tamen eſt eadem mens & ratio legis,vt eſt illa quæ competit loco actionis legis Aquiliæ, quando ceſſant eius verba.quòd dic.vt j.ad l.Aquil.l.de pecoribus.Item alia generalis,quæ competit loco omnium interdictorum.vt inſti.de interdic.§.pe.Item generaliſsima.de qua hic.quę interdum concurrit cum actione præſcrip. a .verb. vt quando competit ratione alicuius contractus in quo verba interuenerunt,& dubitatur quis contractus ſit, vel quæ ſpecialis actio detur.vt in l.quoties.& ibi plenè not. ff. de præſcrip. verb.aliquando datur ex diſpoſitione legali propter æquitatem. non ratione verborum.& tunc loquitur hic.nec tũc datur actio
5 præſcrip.verb.† Item not. circa fi. illud ad quod allegatur quod animæ hominum.ideſt vita hominum debet præferri quibuſcũque rebus.vnde pro ſaluando vitam alicuius res quantũcunque prohibitæ alienari,poterunt.& ſic eſt arg.quod res ſubiectæ reſtitutioni ſicut poſſunt alienari in cauſam dotis.& ita pro ſaluanda vita grauati,vel pro redimendo ipſum à carceribus,vel tempore famis.de hoc no.in authentica,res quæ.j.communia de leg.& res
a eccleſiæ etiam immobiles poſſunt ex iuſta cauſa.[a]pietatis aliena
6 ri.vt no.xij.q.ij.in glo.ſummæ.† Vltimò no.in fin.quod lex noua poteſt extendi ad præterita pendentia:quando hoc in ea expræſſè cauetur ſic in l.proxi.in fi.& in l.fi.in fi.Sed hoc dicit Bart.verum in l.imperiali.ſecus dicit in ſtatutis & reformationibus ciuitatum per tex.in auth.in medio litis nõ fieri ſacras iuſsiones. in prin.& ipſe no.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.Sed Bal. dicit hoc verum in pertinentibus ad deciſionem cauſæ.Sed ſi pertinent ad ordinẽ,iudicij bene trahiẽ ad p̃terita pendẽtia ſuper lite futura.& ita dicit ſe conſuluiſſe.pro hoc allego tex.licet ipſe nõ alleget in l.fi.§.penul.j.de iura.calum.

a ¶ Poſſunt ex iuſta cauſa. Adde c.j.& ibi Doc.de rebus eccle.non ali.li.vj.

*2 ☞ Quando contra te allegatur aliqua lex quæ loquatur in eccleſia, ſi non occurrit alia congrua reſponſio: potes dicere ſpeciale eſt in eccleſia.*

## LEX XVIII.

1 SAncimus res. †Not.hic arg.ſi ſit ſtatutũ q de rebus quæ perueniunt ad aliquem ex cauſa lucratiua,puta donationis, vel vltimæ voluntatis,ſoluatur certa gabella maior quàm de alijs contractibus,vt eſt Bononiæ.non comprehenduntur eccleſiæ vel pia loca:poſita etiam quòd de alijs contractibus eccleſię
2 ſoluerent gabellam.† Item not.arg.in fi.quando contra te allegatur aliqua l.quæ loquatur in eccleſia,ſi non occurrit alia cõgrua reſponſio,potes dicere ſpeciale eſt in eccleſia:propter rationem quæ hic ponitur in tex.

*2 ☞ Fideicommiſſum uniuerſale dicitur hæreditas, & fideicommiſſarius hæres.*
*3 Verbum relinquo an importet inſtitutionem directam. & numero.10.*
*4 In fideicõmiſſo relicto ad piã cãm eccleſijs, uel pijs locis, ſeu pauperibus, non requiritur reſtitutio uerbalis ut transferantur iura hæreditaria, & an requiratur additio hæredis?*
*Omnia priuilegia quæ dantur eccleſiæ, dantur etiam pauperibus.*
*An ualeat donatio facta in redemptionem captiuorum, ſi aliquis non recipiat nomine eorum abſentium?*
*5 Si aliquis ſe abſentauit à patria, & ignoratur an uiuat: quouſque aliqua indicia ſint de morte, præſumitur uiuere uſque ad ætatem centum annorum: niſi probetur contrarium.*
*6 Statutum diſponens bona immobilia non poſſe alienari in eccleſias: uel pia loca, an ualeat & ſi diſponat quod non poſſint alie. in non ſubdi. an comprehendat eccleſias?*
*7 Contra ciuitatem uel fiſcum quanto tempore præſcribatur? & numero.8.*
*8 Quid in fiſco eccleſiæ?*
*9 Licet in aliquibus caſibus reperiatur dominium acquiri ſine apprehenſione poſſeſsionis, uel ſine traditione, quòd tamen etiam in eis caſibus non poſsit poſſeſsio acquiri ſine apprehenſione corporali.*
*Poteſt fieri ſtatutum quòd poſſeſsio quæ erat apud defunctum continuetur in hæredem ipſo iure, abſque corporali apprehenſione.*
*Poſſeſ. tranſlata per modum fictum dicitur uera poſſeſsio.*
*10 Si ille qui uendidit uni, iterũ uendat eandem rem alteri: an uterq; emptor habebit dñium.*

## LEX XIX.

1 VT inter diuiuum. †Eccleſiæ pia loca, & miſerabiles pſonæ, & etiã ciuitates,habẽt priuilegiũ circa p̃ſcriptionẽ:vt contra eas nõ p̃ſcribaẽ minori ſpatio.c.annorũ. in relictis in vltima volũtate,donatis & vẽditis,ac etiã circa dñij acq̃ſitionẽ in caſibus p̃dictis vt acq̃raẽ ipſo iure ex ſolo cõtractu ſine traditiõe,ac etiã tacita hypotheca vt eã habeãt in dictis caſibus.hoc.d. Et inquantũ loquitur de relictis in vltima voluntate,non eſt niſi in vno ſpecialitas,ſcilicet circa præſcriptionem,non autem circa acquiſitionem dominij,vel tacitam hypothecam:quoniã illas habẽt etiã alij pro rebus legatis,& per fideicõmiſſum relictis. vt i l. j.j.cõia de lega.Sed inquantũ loquiẽ de donatis aut vẽditis:tũc in illis habẽt tria priuilegia ſcilicet tã circa præſcriptionẽ,quã circa

a ¶Verbum relinquo. Adde tex.in l.ſi.ff.de tab.exhi.glo. in auē. de hære. & ſal.in §.ſi verò.Doc. in c.Raynutius.de teſta.

b ¶Omnia priuilegia. Adde Bal.in l. pe. in §.cū autē.in vlti. col. C.ad Turpil.Limita hoc eſſe verùm in re quæ ſit veri dñij eccleſiæ ſecus ſi res ſit quaſi dominij eccleſiæ.

c ¶Vitæ hominū tempus. Adde Inno.in c. veniēs.de fil.presby. Io.de anna. in rubri. de delictis puero.

d ¶Ad ætatē centū annorū. An elapſis centū annis præſumatur mortuus.vide per Sa li.hic.& per gl. Bar. & Doc.in l.ij. in §. ſi dubitetur. ff. quēad. teſta.aperi.

e ¶Contra libertatem eccleſiaſticam. Adde tex.in c. ij. de verbo. ſigni.lib.vj.Bal.in l. cunctos populos. C. de ſumma trin. Abb. conſi.lxxxiij. incip. præſens dubium.

dominij acquiſitionē & hypothecam.quo-
niam illis nō acquiritur dominium ex ſolo
contractu : ſed requiritur traditio. ff. de rei
ven.l.ſi ager.& j.de rei ven.l.pe. & de pac.
l.traditionibus.nec etiam regulariter habēt
alij tacitā hypothecam : ſed dūtaxat in cer-
tis caſibus.de quibus in tit.in qui.cau. hyp.
tab.contra.ff.& C.Extra caſus verò de qui
bus hic iſtæ perſonæ non habent iſta priui-
legia.Et diuide. qa primò ponit proœmiū.
& etiam ſtatutum obſcurum.circa tempus
præſcriptionis.vſq; ibi.[& nobis.] Secun-
dò illud declarat ponendo ſpatiū centum
annorū. vſq; ibi. [ſiue.] Tertiò concludit
in præmiſsis. & etiam addit duo alia priui-
legia de acquiſitione dominij , dādo eis rei
vendicationem. & circa tacitam hypothe-
2 cam veniens ad caſum.†In tex.ibi.[aliquā
reliquerit hæreditatem.] ſubaudi directò:
inſtituēdo : vt differat ab eo quod j.ſubijcit
à fideicommiſſo : nam etiam fideicommiſ-
ſum vniuerſale dicitur hæreditas , & fidei-
commiſſarius hæres. vt in l.ſi filiusfa.§. ſed
ſi filio.ff. quod cum eo. & ſic nota hic dili-
genter quod verbum,relinquo adaptatur
ad inſtitutionem directā. vt etiam apparet
ante ſi. Si ergo aliquis dicat relinquo bona
mea tali, videtur ipſum directò inſtituere
hæredem.& ſic propria authoritate poteſt capere bona.ſed ſi im
portaret fideicommiſſum vniuerſale, tunc venientes ab inteſta-
to ſuccederēt directò.& ille haberet petere ab eis reſtitutionem:
& ante factam reſtitutionem verbalem non poſſet propria au-
thoritate capere. & venientes ab inteſtato detraherent quartam
Trebellianicam:quæ non detrahitur de directa inſtitutione.vt j.
3 tit.j.l.ſi quis ad declinandam.†Sed an hoc ſit verum, ꝙ verbum
a relinquo[a] importet inſtitutionem directam:[a] vide per glo.& Do
cto.in l.his verbis.in prin.ff.de hæred.inſtituen. quia ſi non erat
alius inſtitutus,importat inſtitutionem. aliàs importat fideicom
miſſum.niſi qualitas perſonæ contrarium ſuadeat.vt ſi relinque
retur filio ſuo pro legitima:nam tunc debet relinqui iure inſtitu
tionis,ad hoc vt teſtamentum valeat. nam ſi relinquit ſibi certā
quotam,videtur relinquere iure inſtitutiōis.ad quod vide quod
notat Bald.in l.humanitatis.j.de impub.& ali.ſubſti. Si verò res
ſingulares,ſecus. & ſic non valeret teſtamentum,niſi diceret re-
linquo pro legitima.per ea quæ not.per Bart.in authen. vnde ſi
4 parens.j.de inoffi.teſtamen. †In tex.ibi. [vel fideicommiſſum]
ſubaudi particulare vel vniuerſale ex iſto text.coniuncto ſi. vbi
habetur ꝙ dominium acquiritur ſine traditione.Bar.diſputando
in quæſtione quę incipit.Titius filium.determinauit notabiliter
valde ꝙ in fideicommiſſo relicto ad piam cauſam , eccleſijs, &
pijs locis,vel pauperibus,non requiratur reſtitutio verbalis : de
qua loquitur titu. ad Trebel. quantum ad hoc vt transferantur
iura hæreditaria actiuè & paſsiuè.imò ſtatim impleta conditio-
ne fideicommiſsi. & eo purificato transferuntur omnia iura. &
hoc eſt quotidianum.quia teſtatores morientibus filijs ſine libe-
ris relinquunt omnia bona pauperibus. Certè ſi filij decedunt
relictis extraneis hæredibus,executores teſtamenti, vel Epiſco-
pus,qui eſt executor legalis.vt j.ti.j.l.nulli. nō habent neceſſe pe
tere ab illo hærede extraneo reſtitutionem fieri.Sed poſſunt ca-
pere propria authoritate, ac ſi eſſet facta.& mouere actionē con
tra hæreditarios debitores,vel poſſeſſores rerum.ꝙ perpetuò te-
ne menti.& licet Bal.hic nitatur probare cōtrarium. plus placet
determinatio Bart.nam etiam ſecundùm Bal. tale fideicommiſ-
ſum non requirit aditionem hæreditatis,& cōſtat quod idem tri
buit reſtitutio verbalis,fideicommiſſario vniuerſali,ꝙ tribuit adi
tio,hæredi directo. Sed ſi in directo hærede non requiritur adi-
tio,ergo nec in fideicommiſſ.requiritur reſtitutio. Bald.tamen ſe
mouet per l.omnibus.ff.ad Treb. vbi in fideicommiſ. relicto ci-
uitati requiritur reſtitutio.& hic æquiparātur ciuitas,& pia cau-
ſa.Sed dic quod iure illo non erat introductū priuilegiū.de quo
hic.vnde poſſet dici idem in ciuitate hodie per hanc legē.In tex.
ibi.[ſed & ſi in redemptionem captiuorum.]dic idem ſi paupe-
b ribus in genere,quia omnia priuilegia[b] quæ dantur eccleſijs:dan
tur etiam pauperibus.vt in authentica.de eccle.titulo.& per Bal.
j.ad Trebel.l.ſancimus.ad fin.& not.iſtum text.contra gloſſ.quę
eſt in l.illud.s.eodem dum hic dicit donatæ.quòd valet donatio
facta in redemptione captiuorum:licet tamen illi non ſint pſen-
tes.Sed poteſt reſponderi per text.dum dicit legitimo modo. qđ
intelligitur quando aliquis eſt præſens,qui recipit nomine abſen
5 tium.† In tex.ibi.[longiſsimum vitę hominum tempus.][c] dic iſte
c text.ſemper allegatur.& per ipſum dicitur quòd ſi aliquis ſe ab-
ſentauit à patria,& ignoratur an viuat vel mortuus ſit, quouſq;
aliqua indicia ſint de morte præſumitur, viuere,quouſq; perue-
d nerit ad ætatē.c.annorū.[d] & ille qui dicit eum mortuū,habet ne-
6 ceſſe probare.de hoc vide per Bar.in l.ij.ff.quēad.te.ape. †Vlti-
mò per iſtum textum circa fin.dicit Bar.fuiſſe determinatū per
Oldra.in publica diſputatione.quòd ſi ſtatutū dicat bona immo
bilia non poſſe alienari in eccleſias,vel pia loca,tale ſtatutum nō
valet:ſed dicitur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam.quia con-
tra priuilegium conceſſum eccleſijs per hanc l. Certè iſta l.non
concedit priuilegium eccleſijs quod poſsint emere,vel donatio
nem recipere.hoc eñ competit eis de iure cōi:ſicut & in alijs:qa
non debent eſſe deterioris cōditionis.Sed bene cōcedit eis priui
legiū ꝙ ex ſolo tit.transferat in eas dominiū. Iſtud aūt ſtatutū au
fert eccleſijs ius cōe nō autem priuilegium vnde tenendo opin.
e Innoc.ꝙ dicat contra libertatem eccleſiaſticam,[e] niſi quando au
ferret priuilegiū,iſtud ſtatutum nō diceretur cōtra libertatem ec
cleſiaſticam:ſed tenendo aliam opinionem:de qua dixi in authē
tica caſſa.ſecus.Et per iſtum modum defendo Bar.Sed ſi tale ſta
tutum nō faceret expreſſam mentionē de eccleſijs.ſed ſolū dice-
ret quòd non poſſunt alienari in non ſubditos.tunc nō compre-
henderentur eccleſiæ vt not.per Ioan.and.in c.j.de immu.eccle.
lib.vj.ſecus in l.imperiali generaliter loquente.quia comprehen
dit eccleſias.vt l.fi.j.de exac.tribu.lib.x.& ibi per Bar.Itē iſta l.lo
quitur quando vēdens vel donās erat dominus,vt transferat do
miniū,quid ſi nō erat dñs,an ex ſolo cōtractu trāſferat vſucapiē
7 di cōditio:vide in Spe.de loca.§.nūc verò aliqua.ver.lviij.†Pro
declaratione gl.q̄ eſt ſuper verbo[cētū.] & ad ſoluendū omnia
cōtraria gl.op.ꝙ cōtra ciuitatem nō præſcribatur minori ſpacio
c.annorū.quia video ꝙ cōtra fiſcū interdū præſcribitur quadriē-
nio.vt in l.intra quatuor.ff.de diuer.& tēp.præſcri. Aliquādo ſpa
tio xx.anno.vt in l.in omnibus.eo.tit. Aliquando ſpatio xxx.an-
norū ſine titu.& bonafide.vt in l.ſicut.& l.omnes.j.de pſcri.xxx.
anno.vel longo.tēpo.cum titu.& bona fid.vt in l.fi.j. de præſcri.
long.temp.& fiſcus eſt magis priuilegiatus quā ciuitas particu-
laris.vt ff.ad muni.l.non debere propter hoc gl.dat multas ſolu-
tiones.Sed aduerte quantum ad fiſcum aut loquimur de iure ac
quiſito fiſco perdendo.& in illo fiſcus vtitur iure priuati:vt pę-
ſcribatur cōtra ipſum aliquando longiſsimo:aliqñ longo tēpore
vt ſ.dictum eſt. Interdum quærimus de iure nondum quæſito ,
vel incorporato fiſco vt ſi aliqua bona ſunt fiſco delata:vel ratio
ne delicti alicuius,vel quia deceſsit ſine hærede,& ſic ſunt bona
vacantia:vel ex alijs cauſis,de quibus habetur in l.j.ff.de iu.fiſ.ta
men fiſcus vel eius officiales nondùm acceperunt poſſeſsionem
bonorum.Et tunc ſi talia bona ſic delata ipſo iure fuerunt fiſco
denunciata,tunc ſi poſtea negligit per quadriennium capere poſ
ſeſsionem,præſcribitur cōtra fiſcum.vt d.l.intra quatuor.& j.de
quadri.præſcri.l.j.& ij.Si verò non erant adhuc denuntiata tunc
præſcribitur contra fiſcum xx.annis.vt in l.omnibus.de diuer.&
temp.præſcrip.allega.hic in gloſſ.pro contraria.niſi præſcribens
haberet titu.& bonam fidem. quia tunc præſcriberet x.annis in-
ter præſentes.ſicut contra priuatum.& prædicta in fiſco imperia
8 li,vel temporali. †Sed in fiſco eccleſiæ diſtinguitur.aut inter
romanam eccleſiam, & requirūtur.c. anni etiam in talibus non-
dum incorporatis . aut in alia eccleſia . & ſufficiunt xl.vt eſt ho-
die caſus. in c.ij.de præſcrip.libro.vj. In ciuitatibus verò parti-
cularibus quæ non habent iura fiſcalia,in tribus caſibus,de qui-
bus hic non præſcribitur minori ſpatio. c . annorum . & ſic ſunt
melioris conditionis quam fiſcus in hoc : quia in alijs fiſcus eſt
melioris , vt hic in prima ſolu.gloſſ.Extra iſtos caſus contra ciui
tates præſcribitur: ſicut contra priuatos .quia inſtar priuatorum
obtinent.vt in l.eum qui vectigal.de verborum ſignifi. & idem
dicunt Docto.in caſtris ſubiectis ciuitati.quaſi ſint mēbra eius.
vt l.qui ex vico.ff.ad munici.licet glo.ſentiat cōtrarium in l. ſi fi-
nita

nia.§.ſi de vectigalibus.de damno infecto. Aliquando verò etiã
contra priuatos nunquam præſcribitur.ſ.in facultate vtendi re-
bus ad vſum publicum deſtinatis.puta via publica, vel platea.nã
etiam ſi per c.annos quis non iret, non perderet facultatem eun-
di.vt in l.via publica.ff.de via publica.& in fi.huius gloſſ.quia il
la via non eſt in patrimonio publico, ſed in publico vſu.& ea q̃
ſuprà dixi locum habent in his quæ ſunt in patrimonio. In gloſſ.
quæ incipit[vtilem.] dic imò poteſt dici directum dominium:
quia directum dominium eſt acquiſitum:licet ex priuilegio hu-
ius legis ſecundum Bald. In gloſſ.ibi.[ſoluto pretio.] dic hæc ve
ra.nam ante pretium ſolutum obſtat eccleſiæ exceptio.vt l.Iulia
nus.§.offerri.ff.de acti.emp.& vbicunque obſtat exceptio habẽ
di actus,ibi dominium non transfertur ipſo iure: etiam vbi aliàs
transferretur,ſi exceptio non obſtaret. vt in l. Sempronius atta-
9 lus.ff.de vſufru.leg.ſecundùm Bald.†In ead.gloſ.prima.ibi, [re-
ſpódeo non.] nota.iſtam gloſſam.quia licet in aliquibus caſibus
reperiatur dominium acquiri ſine apprehenſione poſſeſsionis:
vel ſine traditione.vt patet in hærede adeunte.tamen nunquàm
reperitur etiam in dictis caſibus poſſeſsio acquiri, ſine apprehen
ſione corporali.& hoc etiam vult gloſſ.clarius.in l.cum duobus.
§.Item reſpondit.ff.pro ſocio.Ratio verò ſumitur ex.l.j.§. Sceuo
la.ff.ſi quis te.liber.eſſe iuſ.fu. poſſet tamen hoc induci per con-
ſuetudinem.vt c.ex literis.de conſue.vel propter ſtatutum.vnde
in pluribus locis vidi ſtatuta quòd poſſeſsio quæ erat apud de-
functum ipſo iure continuatur in hæredem abſque corporali ap
prehenſione.& vide per Cyn.in l.ea lege.poſt princip.j. de con-
10 di.ob cauſam.†In ea gloſſ.ibi. [prælata vtili actioni directæ.]
&c.iſta ratio eſt falſa. quia præſupponit quod vterque emptor
habeat dominium, primus vtile:ſecundus directum.quòd nõ eſt
verum.imò primus habet directum, licet tranſlatum præter iu-
ris regulas ſcilicet ſine traditione.nam poſſeſsio tranſlata p̃ mo-
dum dictum, dicitur vera poſſeſsio.Et hoc præſuppoſito ſecun-
dus emptor nullum dominium poteſt habere.quia venditor nul
lum habebat.cum ipſum tranſtuliſſet in primum emptorem ex
ſolo contractu.Vltimò ad id quod dixi in primo notabili de ver
bo relinquo.vide bonam gloſſ.in authenti.de hæredi.& fal.quæ
incipit no.verbum.

*2 Præſcriptio decem uel uigenti annorum quando & contra quem, & in quibus actio nibus currat?*

*3 Quid in præſcriptione triginta annorum?*

*4 Præſcriptio.xxx.anno.eſt merè odioſa: & ſic reſtringenda, ſed uſuſcapio eſt merè fauorabilis, & quid de præſcriptione x.uel xx.ann.*

*5 Romana eccleſia eſt illa cui præeſt Papa immediatè, & cuius ipſe eſt ſpecialis Epiſcopus.*

*Eccleſia Lateranenſis quæ dicitur ſancti Saluatoris, fuit prima eccleſia totius orbis, & multa habet priuilegia.*

*6 Priuilegiatus quando concurrit cum priuilegiato: priuilegia confunduntur, & habentur ambo pro non priuilegiatis, & quid ſi unus tractat de damno uitando, alter de lucro.*

*Eccleſia quanto tempore præſcribat contra alteram?*

*7 Quanto tempore præſcribat contra priuatum?*

*8 Per identitatem uel maioritatem rationis non debet induci legum correctio. & quid in correlatiuis, & quid ſi in ipſa lege exprimatur ratio motiua ipſius.*

*9 Concedatur alicui eccleſiæ quod contra eam non præſcribatur niſi centum annis, an hobis talis conceſsio ualeat: licet in ea non contineatur clauſula non obſtante quacunque alia lege?*

*10 Annalis conceſsio, quod nulla poßit obijci præſcriptio?*

*11 Contra præſcriptiones quæ currunt contra eccleſiam, uel ciuitatem, an poterit eccleſia uel ciuitas reſtitui in integrum?*

*12 Eccleſia ſi ſucceßit ei contra quem cœperat currere præſcriptio x.uel xx.uel.xxx.annorum.tunc pro tempore præterito eccleſia utetur iure priuati ſed pro futuro utetur priuilegio ſuo.*

## AVTHENTICA.

1 QVas actiones.†Iſta aut.tria facit.nam primò
declarat quæ præſcriptio cur-
rat contra priuatos in actionibus, de quibus in fi.l. præ
ce.ſcilicet in perſonali & in reali rei ven.& hypotheca
ria.vſque ibi, eæ ſi loco.Secundò corrigit legem codicis in eo q̃
dixerat cõtra eccleſias & pia loca non currere minorem præſcri.
c.annorũ.Et reducit eam ad annos.xl.Tertiò cõfirmat eam in ſo
la eccleſia romana, vt contra eam nõ currat minor cẽtenaria. Et
p̃dicta in p̃ſcriptionibus maioribus decẽnalibus. ſed reperiunt̃
aliæ p̃ſcriptiones minores, vt vſucapio in rebus mobilibus. Item
quadriẽnij cõtra fiſcũ.de qua dixi in l.p̃cedenti.Et etiã vltra tex.
reperiũtur p̃ſcriptiones annales, & ſex menſiũ vt in redhibitoria.
& quãto minoris, & in actione de dolo, in a
q̃bus currit p̃ſcriptio biẽnij, & in alijs dicit
nihil immutari nec per.l.codicis, nec p̃ iſtã.
quia oẽs ſunt ęquales tã eccleſiæ quã ciuita
tes & etiã priuati.& vide circa hoc Dyñ.in
regula bonæ fi.de reg.iur.†In text.ibi, [de- b
cennalis.] dic iſta currit contra rei ven. dũ-
modò præſcribens habeat tit. & bonã fidẽ
& etiam præſcribat cõtra præſentẽ.Sequẽs
verò vicennalis qñ cõtra abſentẽ.vt j. de p̃-
ſcrip.lon.tẽ.per totũ.In actionibus verò per
ſonalibus nõ currũt. In hypothecaria verò
ſimiliter currũt ſi p̃ſcribẽs habeat tit.& bo-
2 nã fidẽ.vt j.ſi aduer.cri.p̃ totũ.†Tertia verò
ſcilicet tricẽnalis currit tã in perſonalibus
actionibus, quam etiã in realibus qñ p̃ſcri-
bens non habet titulũ vel bonã fidẽ.j.de p̃- c
ſcript.xxx.anno.per totũ.hoc tamẽ vltimũ
de bona fide corrigitur per ius canonicum:
quia ſine ea nulla præſcriptio currere põt.
vt in c.fi.de præſcrip.& in c.ij. de regu. iur.
lib.vj. Bar.tamen in l.qui ſequitur. §. ſi viã.
de vſuca.dixit iura canonica debere intelli
gi ſolum in realibus actionibus quæ currũt
ratione poſſeſsiõis: quia niſi quis poſsideat
nõ præſcribit in realibus: vt in regula, ſine
poſſeſ.Non aũt habẽt locũ in perſonalibus
in quibus currit præſcriptio nõ ratione poſ
3 ſeſsionis, quia nõ eſt dare eã. †nam debitor
meus non poſsidet actionem meã, nec rem aliquam meam, cur-
rit ergo ſolum ratione negligẽtiæ meæ. Ideo ſi negligo per xxx.
annos.licet debitor ſciat ſe debitorem meũ, præſcribitur contra
me.Cõmuniter tamen iſta opinio reprobatur per Canoniſtas:&
etiam Legiſtæ non tenent, vt not. Bald. in l.ij.infrà de ſerui. &
aqua.& etiam idem Bart.videtur tenuiſſe contrariũ. in l. omnes
populi.de iuſt.& iu.in ij.vel.iij.q.principali ſuper quibus poſsit
4 fieri ſtatuta.adde † q̃ præſcrip.xxx.annorũ eſt merè odioſa:ideo
reſtringenda.Sed præſcriptio.x.vel xx.partim fauorabilis, ſcili-
cet reſpectu præſcribentis qui habet titulum & bonam fidẽ. par-
tim odioſa, ſcilicet reſpectu eius contra quem præſcribitur. ideo
non tantùm reſtringitur vſucapio, & ideo eſt merè fauorabilis,
vt hæc habentur in l.edicto.circa finem.j.de edic.diui adri. tol.
In tex.ibi.[xl.annis excludũtur.]ſcilicet indiſtinctè.ſiue præſcri
bẽs habeat ti.ſiue nõ.etiã de iure canonico.niſi cõtra ipſum ſit di
ſpoſitio iuris cõis:quo caſu etiã de iure canonico requirit̃ titulus
tñ ſufficit titulus etiã inualidus.vt hæc habent̃ in c.de quarta. de
p̃ſcrip.& eodẽ tit.c.j.libro.vj.& in hoc iſta authẽ. approbat̃ per
5 iura canonica.†In tex.ibi.[ſola romana eccleſia:[a] dic romana ec-
a cleſia eſt illa cui præeſt Papa immediatè.ideſt cuius ipſe eſt ſpe-
b cialis Ep̃us[b] & dicit archi.in c.j.de p̃ſcrip.lib.vj.q̃ eſt eccleſia La
teranenſis:q̃ dicitur ſancti Saluatoris:quæ illa fuit prima eccle-
ſia totius orbis.& multa habet priuilegia vt habet̃ in aut.vt eccle
ſia romana.& in glo.Et ad ipſam multæ prouinciæ p̃tinent, quæ
ſunt illi immediatè ſubiectæ etiã in tẽporalibus.vt in c. fundamẽ
ta.de elec.lib.vj.& ibi vide.In prin.gl.magnæ ibi.[in quibus pri-
uatus audiretur vſq; ad xxx.annos.]ſupple. & tamen fiſcus vel
eccleſia non auditur vltra annũ:vel quadriẽniũ:vt in iuribus in-
frà allegatis.ſed hoc contingit:quia nituntur contra ius cõe. &
quia loquuntur in bonis nondũ perfectè acquiſitis, ſed acquirẽ-
dis.hodie verò illa iura corrigunt̃ in fiſco eccleſiæ per.c.ij. de p̃-
ſcrip.lib.vj.& reducuntur ad præſcriptiones de quibus ibi.In ea
gl.j.ibi.[ſed quid ſi eccleſia?]vide hic Io.an.in regula in iudicijs
de regu.iur.in mercurialibus.& dubitatio in iſta quæſtione cõſi-
6 ſtit.†quia quando priuilegiatus concurrit[c] cum priuilegiato, pri-
c uilegia confunduntur.& habentur ambo pro nõ priuilegiatis.vt
in l.ſed & milites.de excu.tut.Sed hic ambæ eccleſiæ ſunt priui-
legiatæ, tam præſcribens quàm illa contra quam pręſcribit̃.ergo
præſcribenti ſufficit tẽpus:ſi habet titulum & bonam fidem. vel
triginta anni, ſi non habet titulum:ſicut ſufficeret priuato contra
priuatum.Sed dic q̃ eccleſia eſt priuilegiata:ne cõtra ipſam cur
rat præſcriptio:quia tunc tractat de damno vitãdo:non autem vt
poſsit pręſcribere, quia tunc tractat de lucro captãdo.nõ eſt ergo

a ¶Sola rom.eccleſia. Adde c.cũ nobis. & c.ſi diligenti.de præſcrip.gl.in c.cũ dilecta.de confir.vti.vel inuti.gl.j.in c.fi.eod.titu.lib.vj.

b ¶Eſt ſpecialis Ep̃s. Addẽ Archi.in c.ij.de p̃ſcri.lib.vj.in prima col.Feli. in c. in cauſis.de re iudi.Item appellatur Ep̃s ciuitatis romæ ſecundum Car.Alex.in c. nunc autem.in ij.not.xxj.di. Item dicitur ep̃s totius chriſtianitatis ſcdm hoſti. i ſũma i ti.de autho.& vſu palij.in §.ſi.

c ¶Quando priuilegiatus concur. Adde Cyn.in l.quicunque in vlti.colũ. C. de re mil.lib.xij.Bart.in l.verũ in §.Item quæritur.ff.de mino. bal. i l.ij.C.de priui. fiſci Ang.in l.fi.ff.ex qui.cau.ma.Ab.in c. auditis.in ix.no. de reſti.in inte.Pau.de ca.conſil. cccxij. incip. Viſo puncto ſuprà ſcripto.

verum ꝙ hic concurrat priuilegiatus cum priuilegiato, imò cũ non priuilegiato: quia illa eccleſia cuius eſt res quæ præſcribitur, eſt priuilegiata. Non autem eccleſia pręſcribens. & hoc probat lex quam glo. alleg. ff. ex quib. cau. ma. l. fi. & vide c. illud. de præſcrip. & c. de quarta. in quibus eſt caſus ꝙ vna eccleſia non præſcribit contra alteram minori ſpatio xl. annorum: patet etiam quando priuilegiatus concurrit cum priuilegiato, præfertur ille qui tractat de damno vitando ei qui de lucro: vt habetur & not.
7 in l. verùm. §. fi. cùm l. ſeq. ff. de mino. † In ea. glo. ibi. [Item quid ſi eccleſia?] de hac quæſtione vide per Ioã. Andr. in regula qui ad agendum. de reg. iur. in mercuria. & conclude quod eccleſia præſcribit contra priuatum eo tempore quo alius priuatus præſcriberet. ſ. longo tempore, cũ tit. & bona fide, & longiſsimo ſine titu. cum bona tamen fide. vt etiam no. Hoſti. in ſum. de præſcri. §. quæ requirantur. verſi. ſed nunquid. quia non debet eſſe deterioris cõditionis eccleſia in p̃ſcribendo contra priuatum: nec cõtra eã põt retorqueri iſtud ius: quia non fuit ab ea impetratũ: ſed proprio motu principis conceſſum: ideo ceſſant verba edicti prætoris quod quiſq; iuris in alterũ ſtatuit: quia eccleſiæ nõ ſtatuerunt nec fuerunt cauſa ſtatuendi. hoc autẽ præſumitur, quãdo cõceditur priuilegium per viã l. cõmunis: ad quam faciendã princeps mouetur principaliter ad bonum publicum: nõ ad ſupplicationem alterius. Sed ſi per aliũ modum quàm per legẽ, ſtatuẽdo per priuilegiũ concedat nõ clauſum in corpore iuris, pręſumitur ad eius poſtulationẽ, niſi expreſsè in ea dicat̃ contrariũ. vt in c. ſi motu proprio. de præbe. lib. vj. & j. de peti. bo. ſubla. l. j. lib. x. & de bo. vac. l. j. in fi. & per Bar. qui cõcludit hic quod ſi aliqua eccleſia impetraret hodie ne cõtra eam currat minor præſcriptio. c. annorum, vt eſt in eccleſia Nouantulana. de qua j. in verſi. [Item nunquid.] ſimiliter nec ipſa poſſet præſcribere cõtra alium minori tempore, quia poſſet fieri retorquutio per illũ tex. quod quiſq; iuris &c. Bal. contra. quia illud priuilegium eſt cõceſſum Deo. & contra Deum non debet fieri retorquutio. &
8 hoc tutius eſt. † In ea. gloſſ. ibi. [Item an idem in ciuitate.] dic iſta gl. in hoc ver. ſemper allegatur quod per identitatem rationis, vel maioritatẽ non debet induci legum correctio. Sed hoc verũ præter quàm in correlatiuis: in quibus facta correctione in vno, cenſetur facta in altero per l. ij. j. de indi. vidu. in fin. cum ibi nota. Item eſt verũ: niſi in ipſa l. exprimatur ratio motiua ipſius. nã tunc extenditur ad caſus in quibus habet locũ illa ratio: etiã ſi inducatur legũ correctio. hoc voluit gl. in cle. j. de elec. Glo. ergo iſta debet intelligi in ratione tacita. quæ tamen colligitur ex verbis legis. Et vide circa iſtum articulum quod plenè no. Bar. in l. ſi conſtante. ſol. mat. in j. q. principali. q. vltimę. & in l. omnes populi. de iuſti. & iu. in illo articulo. An ſtatutum recipiat inter-
9 pretationẽ extenſiuam. † In ea. gloſ. ibi. [Item nunquid poterit hodie.] dic iſta quæſtio videtur fatua. nã ſi olim potuit Imperator cõcedere. vt in l. inter diuinũ: quæ dubitatio poteſt eſſe: an hodie poſsit: cũ eadem fungatur hodie poteſtate. Breuiter ad hoc vt iſta quæſtio non ſit fatua, intellige hoc modo. An valeat talis conceſsio, poſito ꝙ in ea non contineatur clauſula nõ obſtante quancunq; alia l. in contrariũ diſponente. vt eſt iſta authentica. Glo. iſta ſentit quod ſic per rationes quas allegat. & vult dicere ꝙ ſi eccleſiæ nunquam habuiſſent iſtud priuilegium. per l. inter diuinum. talis cõceſsio ſine dicta clauſula non valeret. Sed quia ſemel habuerunt, licet per iſtã aut. fuerit ſublata cõceſsio, tamen per quã reducitur ad priſtinũ ſtatum nõ indiget dicta clauſula. Doct. tamen dicũt contrariũ: quia poſtquã fuit ſublatũ: perinde eſt ac ſi nunquã fuiſſet cõceſſum. & ſic nullæ reliquiæ remanſerunt: & per hoc nõ obſt. §. quod & in ſpecie: alle. in gloſ. quia ibi remanſerant reliquiæ. & ſic requiritur iſta clauſula, vel ꝙ dicat̃ in priuilegio, quod cõcedit ex certa ſciẽtia: ꝙ tãtundẽ importat. vt in l. Idem Vlpianus. ff. de excu. tu. Item ratio gl. ꝙ pręſcriptiones ſint odioſæ, nõ eſt bona: quia nõ ſemper ſunt odioſæ. vt dici-
10 tur ſuper tex. ſecundũ Bal. † In gl. ibi. [Item an hoc.] dic, iſta gl. videt̃ determinare cõtra tex. l. inter diuinũ. in verſi. & nobis. vbi innuit ꝙ ſi voluiſſet hoc ſtatuere, potuiſſet: ſed nõ ſtatuit: qa mutauit propoſitũ: non ꝙ non potuerit. nec obſt. §. quæſitũ. quia ibi caſus fortuiti nõ erant determinati à iure. Sed infiniti poſſunt accidere. ſed præſcriptiones ſunt à iure determinatæ. & ſciuntur quæ ſint. vnde nõ ſubeſt tanta generalitas vel cõfuſio ſecũdum
11 Bal. † In glo. ibi. [Itẽ nunquid contrahas.] dic dubitatio in iſta q. erat quod quia poſtquàm iſta auth. concedit q̃d contra eccleſiã currat præſcriptio xl. annorum deberet intelligi cum effectu: ita q̃d nõ reſtituatur. nam ſi dicamus ipſam poſſe reſtitui, quia ęquiparetur minori: ſemper poterit reſtitui quia nunquam curret ſibi tempus reſtitutionis petẽdæ. ſicut non currit minori quia eccleſia nunquam efficitur maior. & ſic iſta l. erit ludibrio, quod eſſe non debet. vt j. de bo. quæ libe. l. fi. §. antepe. tamen determinatio gloſſæ eſt vera. & ad tollendum inconueniens: de quo ſuprà. tẽpus reſtitutionis tollendæ incipit currere ſtatim præſcriptione finita, quo elapſo eccleſia non auditur. & per hoc tollitur inconueniens de quo ſ. vt hæc habentur in cle. j. de reſtitu. in integ. q̃ fuit facta ad tollendum inconueniens de quo dixi. ſed minori q ſperatur effici maior non currit tempus reſtitutionis petendæ
12 quouſq; durat minor. in ſeq. glo. ſuper ver. [durantibus.] † In gl. ibi. [Item quid.] dic trahat quæſtionem q̃d pro tempore præterito eccleſia vtebatur iure priuati, ſed pro futuro poſtquàm ad eã peruenit, vtetur ſuo priuilegio. & ita vult. l. fiſcus allegata in gl. ſi ergo incœpiſti præſcribere rem Titij ſpatio. x. annorũ, quia erat præſens, & cõpleuiſti vſq; ad dimidiam pręſcriptionem: tenẽdo ipſam per quinquennium, deinde dominium peruenit ad eccleſiam, quia ille eam inſtituit: pro complendo aliam dimidiã, non ſufficit tenere per aliud quinquenniũ. ſed requiruntur. xx. anni, quia illi faciunt ad dimidiam præſcriptionem. xl. annorum currentium contra eccleſiam. & ſic in totũ pręſcribit per xxv. annos nam eccleſia de prima dimidia completa contra priuatum habebit acquieſcere illis v. annis. Et ad hæc vide quæ habentur & notantur in auth. hodie poſita ſuper l. j. j. de præſcrip. long. temp.

## *De epiſcopis & clericis.* *Rubrica.*

2 *A quibus muneribus eccleſiaſticæ perſonæ ſint immunes? remiſsiuè.*
*Statutum ſi faceret omnia prædia tributaria pro oneribus communis: an prædia quæ poſteà uenirent ad eccleſias, tranſirent cum oneribus quæ poſtea imponerentur?*
3 *Quando familia poteſtatis, uel executoris, uadit per comitatum cauſa quærendi bannitos, uel malefactores, non poteſt hoſpitari in domibus eccleſiarum, uel clericorum illis inuitis.*
4 *Si princeps confirmat alicui tale priuilegium prout à ſuis anteceſſoribus conceſſum fuit: licet de illa conceſſione non appareat, ſi tamen in hac confirmatione exprimatur illud quod conceditur, ualet. & habet uim nouæ conceſsionis: ſecus ſi non exprimeretur.*
*Si iudex condemnat aliquem ad dandum mihi quolibet anno tale quid: ſicut meis anteceſſoribus dedit, licet non appareat de præterita datione, quod ualeat ſententia.*
5 *Clerici non debent ſoluere gabellas ad portas pro fructibus beneficiorum ſuorum, uel propriarum poſſeſsionum.*
*Illa quæ clerici acquirunt de proprijs laboribus, pertinent ad pauperes (ſi aliter non diſponunt, & decedant ſine heredibus ab inteſtato) aliàs pertinent ad eorum heredes.*
6 *Priuilegia alicui conceſſa tranſeunt ad familiam ipſius ſcilicet liberos: & uxorem, & qualiter intelligatur?*
7 *Officiales qui non poſſunt capere clericos pro impoſitionibus eis factis, non poterunt etiam capere eorum colonos, uel familiares.*
8 *Quid in alijs priuilegiatis: an eorum priuilegia extendantur ad familiares?*
*Laicus propter delictum commiſſum in eccleſiam, uel in eccleſiaſticas perſonas, efficitur de foro eccleſiaſtico.*
9 *Si ad eccleſiam peruenit aliqua res laici, quæ erat ſcripta in æſtimo communis ad onera publica, an poterunt de cætero onera imponi?*
10 *Cum eo qui eſt in ſacris conſtitutus quod committatur inceſtus ſicut cum conſanguineo.*

## LEX I.

1 IVxta ſanctionem. † Sicut per l. placet. ſ. tit. j. priuilegiantur eccleſiæ, & eorum bona, vt non ſubiaceãt alicui oneri, præterquàm oneri tributorum: ita & per iſtam l. cum ſe priuilegiantur miniſtri eccleſiarum ſ. Epiſcopi & clerici tam in perſonis eorum, quam etiam in bonis proprijs acquiſitis aliunde quam ab eccleſijs: vt non ſubijciantur alicui oneri perſonali vel reali. & poſteà in l. iij. quæ incipit de his. excepuatur cauſa tributorũ, & etiam imponitur pœna confiſcationis prædiorum ſi non ſoluant. quod eſt intelligendum de prædijs proprijs clericorum. nam ſecus in bonis eccleſiarũ: quæ licet teneant̃ ad tributa, non tamẽ cõfiſcantur propter ſolutionẽ non factam: vt d. l. placet. verũ quia cõmunitates terrarũ & etiã dñi temporales hoc nõ ſeruabãt: ſed imponebãt collectas & alia onera, dicentes fortè q̃d iſtæ leges imperiales debeant intelligi